



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Manvale Parochorvm, Sive Institviones & Praxes Tum  
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

III. Exempla Liberalitatis in magnis Pastoribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

rent, & Christi sanguinem pro viatico potentibus, nisi acceptis 30. denarijs, tradere nollent. Scio his præsertim temporibus, ac locis ejusmodi pastorum Idola, aut portenta vix reperiri. Sed tamen olim fuere aliqui, & sunt fortasse nonnulli ; vide ne tu vnus.

## NVM: III.

*Insignis liberalitas in Pastoribus  
Ecclesiasticis.*

**V**T auaritiæ vitium est sordidum, ac barbarum in viris Ecclesiasticis, ac pastoribus præsertim: ita liberalitas virtus est præclara, omnino regia, diuina : nihil splendidius auro, & argento; cum in arcâ non sordent; sed pauperum manibus teruntur ; nihil magis regium, quam dare, immo nihil magis diuinum; da, & Deus eris. Prolixum argumentum persequi non vacat : inspice saltrem per transenam exempla præstantium aliquot Pasto-

Pastorum, qui cùm scirent Ecclesia-  
stica bona patrimonium esse Christi,  
sibi quàm minimum reseruabant,  
quàm plurimum in egenos diuide-  
bant.

Joannes ille, qui à re ipsâ Eleemo-  
synarius dictus est, ita sibi parcus, ita  
in pauperes effusus vixit: vt moriens  
in arcâ non plus vno nummo relique-  
rit, quem etiam ne quid superesset,  
pauperibus legârat; domesticam ha-  
bebat pauperum turbam, quos Do-  
minos suos appellabat, ijs quidquid  
poterat colligere, etiam lectos, & stra-  
gula per nomina in singulos elargie-  
batur; quorum similia de S. Carolo  
Borromæo in vitâ accepimus. Quid  
de S. Basilio? disce de rationibus,  
quas exigente Juliano Apostata de re-  
bus à se possessis, ita reddidit.

*Reditus mei Episcopatus sunt:*

Ager	- - -	I.
Oleæ	- - -	IO.
Aluei	- - -	IO.

Mola

18 *Manualis Parochorum.*

Mola	- - -	I.
Oues	- - -	40.
Palmæ	- - -	8.
Fici	- - -	3.

**P A R V V S H O R T V S****Pergit**

*Querum me dominum non sentio, sed di-  
spensatorem; cum mihi eorum incumbat  
cura: ut inde pauperes alantur: nam hic  
status noster adeò arctus est, ut si fors quis-  
piam Sacerdotum ea sibi reseruet, aut in  
malos usus expendat, aequalem pœnam  
mereatur, & qui dilapidat, & qui ex al-  
tarifuratur. Audis Paroche? Gregorius  
Thaumaturgus, cum viueret, nullius  
loci dominus dici: post mortem verò  
iacere voluit non nisi in alieno sepul-  
chro. S. Paulinus Episcopus Nolanus  
ita orabat: *Non excrucior, Domine,*  
*propter aurum & argentum: tu enim sis,*  
*vbi sint omnia mea. Opinor ego, Pauli-*  
*nus, ibi fuisse reposita, vbi posuit etiam*  
*ille, cuius hæc vox semper erat in ore,*  
*Déus meus, & omnia. Habes pastores*  
*ani-**

animatorum, qui non opibus alienis cumulandis; sed suis profundendis studuerunt. Hos inspice, ista imitare: admouet stimulum Apostolus: *Est, inquit, questus magnus pietas cum suffici-entia, nihil enim intulimus in hunc mun-dum, haud dubium, quin nec auferre quid possimus: habentes autem alimentum, & quibus tegamur, his contenti simus.* Atqui ut paruo alamur, natura paucis con-tenta est, tegi vero etiam facilius, & minori possumus. Subiungit deinde ingentia mala, quae avaritia secum trahit, ac deniq; concludit; *Tu vero homo Dei (ita pastorem animatorum ap-pellat) haec fuge, sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, misericordiam.*

## CAPVT IV.

Sit Castus, & Sobrius.

NVM: I.

*Necessitas castitatis prasertim in  
Neo-parochis.*

Non